Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38278
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



5

resuscitatis. & quanto gratior pietas apparebit. tanto certior est spes celeris
poenitentibus. qui hanc conuersionem uiderint. Unde et subditur. Quia respexit
plebem suam. Non solum tunc uisitauit quando unigenitum filium suum mittere
dignatus est in terra propter redemptionem mundi. sed et iam corda uisitat cordia fidelium.
Ut per sei spiritum gratiam illuminati. mereantur eius mandata intellegere.
& intellecta perficere. & post impletionem mandatorum dei. ad regnum caelestis
gaudia aeterna peruenire. Ubi nos perducere dignabitur. dominus noster ihesus xpistus.
qui cum patre et spiritu sancto uiuit. In secula seculorum. amen. INCIPIT ACTA
SANCTORUM MARTYRUM. BASILIDIS TRIPODIS ET MANDALIS. V
In ciuitate orientalis est beatus basilidus eques. In officio platonis. NA IUNII DIE XIII.
praefecti. dixit ei dominus noster ihesus xpistus: Ego te uolo tollere de officio platonis praefecti. & in
meum officium te. Respondit ei beatus basilidis: Domine noster ihesus xpistus uis me lapidibus mori.
Cui respondit dominus ihesus xpistus. & dixit ei. Quippe me lapidatus fuerit uiuit in aeternum
& coronam accipit. Tunc beatus basilidis uadit ad platonem praefectum & dicit ei.
Domine noster praefecte uiginti quinque annis in officio tuo fui & deseruitio tuo numquam recessi.
Dona mihi induciae ut uadam ad parentes meos. Respondit praefectus & dixit ei. In qua puniti habes
parentes: Respondit beatus basilidis & dixit ei. In puniti italiae. In ciuitate quae appellatur aurelia.
Respondit praefectus & dixit ei. In puniti ipsa audiui multis dicere quia aurelianus multa scelera
operatus est de xpianis. Sed ne forte te dicant discipulum esse xpi faciat te lapides perire. Respondit
beatus basilidis & dixit ei. Ego ad parentes meos uado. Iterum dixit ei praefectus. Quanto tempore moras facturus es.
Respondit ei beatus basilidis annum unum. Iterum dixit ei praefectus. Annum petisti. concedo tibi & alium.
Uade cum gaudio. Et reuersus est beatus basilidis ad dominum ihesum xpistum. & dixit ei. Domine magnus induciae
petiui a praefecto ut ad parentes meos uadam. & concessit mihi annos duos. Domine noster ihesus xpe dona mihi
unum de discipulis tuis ut me ducant in ciuitatem aurelia ut uidean parentes meos. Respondit dominus
& dixit ei. Uade tolle tibi unum de fratribus tuis. & uade & uide parentes tuos. ut & illos facias tecum
uenire in ciuitatem sancta hierusalem. Respondens ad eos iterum xpistus dixit. Non quaero a uobis aurum neque
argentum sed ego permitto uobis uita aeterna. Responderunt ei sancti martyres basilidis tripodis & mandalis. Amen
fruenter. Antea dixerunt. Hoc nobis permittit domini coronam uitae aeternae. ego sum uobis omnia daturus
te cum gaudio. Ecce ego uobis cum sum usque ad consummationem seculi. Tunc dixit beatus basilidis aurum
& argentum nihil quid sumus facturi. Et dixit ad eos dominus ihesus xpistus uendite omnia uestra & date ea pauperibus
& fecerunt sicut praecepit eis dominus. & uenditerunt omnia sua. Tunc beatus basilidis dixit. Domine ihesu xpe omnia
quae fecimus iussisti. Et dixit ad eos dominus ihesus xpistus. Ite puniti in que appellatur aurelia.